

Universitätsbibliothek Wuppertal

Plutarchu Chairōneōs Ta Sōzomena Panta

Continens Vitas Parallelas Graecè & Latinè

Plutarchus

Francofurti, 1620

In Demetrium annotationes

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-1340](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-1340)

nem ioci coactus sum addere de meo : quia , ut pleraque id genus , in Latinum transfusus amittit vim & leporem suum.

874. b. *Relicto aliquando tribunatu plebis*] id factum est Siliano & Murena C. i. p. proximo post Ciceronem anno. Historia est apud Dionem per scripta, lib. 37. In Græco ἀπολιπὼν ἀφ' ἑαυτοῦ, sed scribatur ἀφ' αὐτοῦ.

Ibid. c. *Adrastrum*] Notum est hunc duobus exilibus, Tydeo & Polynici, duas filias nuptum dedisse. alter qui sequitur velliculus, notus est de Laio.

Ibid. d. *Qui proclamantur*] αἰαπεφωνηκῶν. non satis hoc assequor: nisi proclamator fortassis, vel præco dicatur esse, aut ab eo genitus. nam illa officia fordida ac parum digna ingenuis habebantur.

Ibidem. *Honorum auclionem proscriptisse*] Xyl. vertit, *Bona quædam proscriptisset.* & annotat, ἀμύρομαι ἀπεργάζομαι. Vereor ne hic sit ἀμύροια librarii, & aliquid aliud legendum. non enim video quid sit vitium vel peccatum proscribere, nisi forte se decoxisse & soluendo non esse præscriptit ipse : quod an fuerit moris nescio: neque memini me legere. Viderint doctiores. Cr. hic annotat Ἀπάρων habet Plutarch. in Apophth.

Ibid. f. *Cum qua ingressus fuerat*] ἢ σιωπῶν. Neque hoc statim obsecrum est verbum, ut ne apud Latinos quidem Congredi, & similia: & magis tamen placet σιωπῶν legi, ut in Cæli re est, & videtur legisse Amiotus. Aura ancilla in Casare dicitur: quomodo etiam Calautia & Calabria, pro multis, varie & promiscue scribuntur.

875. a. *Ac nomen Clodii de violatis sacris detulit*] Xyl. vertit, *Clodium postulant.* * & annotat, Cor asteriscum adiecerim, non est obsecrum: quis enim non videat, accusatoris nomen hoc est, nominatiuum qui ad ἀπαρχαίωσιν pertinet, deesse? Tantum enim abest ut Casar eum accusauerit, ut ne testimonium quidem dicere voluerit. A tribuno plebis postulatum Clodium, est in vita Cæsaris.

Ibid. b. *Interprete vni Tullo quodam*] Τούλλου Τουλλίου malim ut libertus aliquis Ciceronis intelligatur.

Ibid. c. *Colluuiem inopum ad cœpta sua decuriauit*] Bochi interpretatio, itemq; Amioti, non tam à verbis Græcis quam à veritate videtur aliena. & πολιτυμία significare frequentet conatum aliquem certæ rei in ciuitate conficiendæ, (vide & πολιτυμῶσαι eodem modo deductum) notum est.

877. a. *Sed locum ostendit ei se designaturum in agro*] ἢ χωρίον ἢ καπαρχίαν. Bochi, *illuc eum in crimen delaturum offeruit.* sed fere pleraque ab eo sunt negligenter verba. Sic ex Fabrum magistro adilem proximo vertu fecerat. Corradi versionem non habeo cur probem: *ex ipsa regione se militem in eum conscripturnum denuntiavit.* καπαρχίαν icio aliquando esse Militem scribere: sed quid χωρίον? Deinde si talis aliquis sensus his verbis subesset, non videtur particulis & & ἢ vlturus fuisse, quum posterius membrum priori esset atrocius. sed dixisset fortassis, οὐ λόγος οὐκ ἐστὶν ἀπὸ οἰκίας ἀπὸ χωρίου, & c. nunc illud ἢ priori aliquid dissimile videtur ostendere. Itaque intelligo, Vibium domo eum recipere non ausum, ob metum edicti Clodiani: partem tamen aliquam in agro suo vel pradio designasse, vbi lateret. alio nihil memini me de Vibio isto legisse. Sane Amiotus nobiscum sentit. Quid vel hic vel Corradus legerint, non satis scio. C. Virgilium pro Vergino posui, ex oratione pro Cn. Plancio.

Ibid. c. *Atque mirificam vim iubet gloria*] Mirum quam plane diuersam à Plutarchi verbis sententiâ Bochi & Corradus hic protulerint : non videntes forsitan nomen δεινῆ (quod illi ἢ δεινὰ tanquam adiectiuum attribuentes, omnia conturbant) ad verbum ἀποκλύσαι & αἰαμύροια δεινὰ pertinere. Est enim ea oratio qua non Græci modo, sed & poetæ Latini Græcorum imitatione crebro vtuntur: vt in vulgato illo, Δεινὸν γὰρ εὐφροσύνην αἰαμύροια ἀποκλύσαι. Horatius sæpissime: *res tunc resonare septem Callida neruis.* & De luna: *celeremque pronos Voluerò menses.* Et de ipso Horatio Persius: *Callidus excusso populum sua suspendere naso.* sed quid opus exemplis in re nota?

878. a. *Quod iactavit postea Cicero*] In oratione post reditum in senatu.

Ibid. d. *Ut concedere illi videretur*] ἢ δεινότερος αὐτῷ, ut ad Hortensium referatur. Ego ad ipsum malle, & αὐτῷ legi. Corradus videtur legisse μὴ παύσασθαι, sed non coherentem sensu, res non est magni momenti.

879. b. *Nulla præterea pœna imposita*] Recte hæc Bochi, vel saltem conuenienter Plutarchi verbis reddidit. Corradus autem, quod & alias ei accidit, locum, quasi si difficilimus esset, peruertit, ita ut intelligere nemo possit quid dicat nedum, ut Plutarchi verba exprimat. Quid est enim hoc? *Et eos qui nihil soluerent, & illo plus acciperent, sine infamia conseruauit.* Quod si ei labi communi hominum sorte euenit, in re præsertim tam aperta, & quam ipse deinde verbis Cic. ex vi. ad Atticum referat: a quor. profecto Plutarcho erit qui eum sæpe indigne, crebro quidem ab illo reprehendi & vexari viderit. Neque ego hæc dico ut de Corradi gloria quicquam detractum cupiam, quem admittor hercle: & fateor me, si adesset, libenter inter eius discipulos futurum: sed ut ostendam, non omnes nos ab vnus alicuius autoritate pendere debere.

Ibid. d. *Calo oratorio*] Vide epistolas Cicer. famil. lib. 2. & 8.

880. c. *Cato qui magnas copias & classem habebat Dyrrhachii*] En tibi æquum Plutarchi censorem Corradum. Hic dicitur, Catonem copias Dyrrachii habuisse: in vita Catonis, Corcyra Ciceroni ab eo oblatum imperium. Ergo (inquit Corradus) de loco secum Plutarchus, ut sæpe, pugnat. Quasi vero non ponerit milites habere Dyrrhachii idem, & Corcyra Ciceronem conuenire. Paulo ante de aquilis legi, & legendum otu nino puto, λέλειπεν, non λέλειπεν.

881. a. *Apud Lentulum*] Lentulus hic pro Dolabella positus à Plutarcho. Cr.

883. c. *Vsq; adeo enim subiit eum adolescens*] ἢ ἄρτιος ἢ μετὰ τὸν αὐτῶν. ἢ ἄρτιος particula abundat, id quod quibus viderit. Corradus hæc verba, quibus perspicue dicitur Octauium Ciceroni se insinuasse, & submitendo se blanditum esse, fal'e ad Ciceronem detorsit, ut haberet quod in Plutarcho reprehenderet. *Nam sic, inquit, adolescenti se subiicit.* atque hoc deinde refutat, quum Plutarchus non dixerit. id est nimirum cum laetis luctari.

885. b. *Ad Capuam*] Καπίται. Bochi Capuam reddidit: & sic est apud Appianum lib. 4. ἢ μὲν. quæ vrbs tamē non in ora est sita. sed intelligi tamen vicinque possunt prædia haud longissime ab vrbe ea distantia, ex Liuii lib. 120. cuius extat fragmentum de obitu Ciceronis. Videtur Caieta legendum.

Ibid. c. *Popilius*] Scribendum in Græco Ποπίλιος, non Πίλιος, iam pridem ad XLV. 1. librum Dionis docui.

Ibid. e. *Quatuor & sexaginta*] Liuius dicit 63. Cr.

IN DEMETRIUM ANNOTATIONES
 nes Guil. Xylandri & Herm. Crusarii,
 interpretum.

Pyrrhi equalis hic fuit, filius & successor Antigoni magni, a quo regnum M. cedonia vsq; ad Perseum à morte Alexandri durauit.

890. b. *Ex Antigoni posteris*] Necruit autem Demetrius, Per si calumnias inductus, Historia copiose est & eleganter à Liuiio descripta lib. 44. Donatus imperite locum peruertit, & Antigoni filium Philippum nominauerat. nam quod prius lignus fuit, excusare eius oscitantiam nequit. Vide genealogiam quam apud Emiliū vitam descripsimus.

891. c. *Abrogatoque vetere magistratu Archonte, à quo denominabatur in fastis annus*] Xyl. vertit, *Eponymom magistratu sublato.* & annotat, De hoc supra in Aristidam annotauimus.

Interpres ridicule, qui certo quodam nomine appellari consueuerat. Idem contra & verba sententiamque Plutarchi, & veritatem rei, regis nomen à solis successoribus Alexandri hactenus usurpatum fuisse scribit: quasi sub eorum numero non comprehenderentur Antigonus & Demetrius. Sed & paulo ante nescio quam Lamiaensium pugnam dixit. Verum ista per se qui omnia est molestum.

895. a. *Abhorrenti dicitur in aurem hoc Eurip. insusurrasse*] Euripidis nobilē versiculū (quem nos ipsum quoq; perspicuitatis causa integrum in versionem nostrā transtulimus) nemis eruditorum est fere qui non sæpe viderit: aut audierit: Οὐκ ἔστιν ἀπὸ τοῦ ἀπὸ τοῦ φωνῆ δουλοῦν. Antig. ita immutauit, & ab obsecrum.

quid ad nuptias detorsit, ut *μοιόβωτον* elegantem allusionem contineret, pro *δολιχών* reposito *γαμυρίον*. Quod minime obseruans Acciaiolus, omnem loci venustatem interuertit, & abs te de feruendo mulieri mentionem intulit. Idem supra, quum Dromoclides Sphettius (Sphertia curia est, seu *δῆμος*, Antica) nominatur, nescio quid tribui (si diis placet) Sphettiae ab teo iniunctum commentus est. Philam vnico scribo, sequutus Diodorum, & alios.

897. b. *Sed Thasius an Chius fuit fluor* Elegans est & factus plane iocus. nam quod affluxui (ita enim liceat exponere vocem *φύμα*) Demetrius humoris alicuius, seu pituitae imputabat: id vini abundantiam affusioni Antigonus adscribit. Nobilissima vina sunt Chium & Thasium: de quibus praeter alios, Pinius libr. 14. cap. 7. & deinde, atque Athenaeus libro 1. Hunc iocum varie etiam Germani, neque minus scite vsurpant. nam & cum qui in itinere diutius moratus, eluue aquarum se impeditum minus concinne causatur, potuisse quod ad aquam peigere dicimus ioco, nisi vinum (cui non item pontes insternuntur) obstitisset. & vino deditores, ac catarrhis conquerentes, simili plane modo notamus, quum dicimus, si velint efficere ne tanto affluxu infestentur, ab assumendo (nimirum vino) esse temperandum.

898. c. *Pondo vterque quadragenum* *ὀλίγος ἐκείπρος μ.* deest autem *μῖνον*, ut puto, id est libras vel minas (Mina Attica non ita multum à libra Romana differt. nimirum drachmis quatuor. de qua re Bodaeus & alii) quadraginta: quomodo & interpretes acceperunt.

899. c. *Lamia. Demo* *Δημο* Hæc apud Athenæum libro decimo tertio *Δημο*, Demo, dicitur, & sic etiam infra.

900. a. *Laconensis* *Λακωνεία*. Spartiatam Donatus, Amiotus cognomento ita dictum. mihi neutrum probatur, & patriam aut vero curiam Atticam vel pagum designare id vocabuli puto. *Λακωνεία* quidem Spartanus non dicitur.

901. b. *Demochares Solus Demetrium Fabulam appellauit, quod ei Lamia quoque esset* Apparet Lamias in fabulis, ut & Sphingas, Saryros, & alia id genus aliquem habuisse locum: atque ideo Demetrium, qui Lamiam meretricem, monstro illi cognominem, secum haberet, ostentaretque, dramati seu fabula (nam *μῦθον* dixit Plutarchus, quod pro scenico sigmento vsurari vix puto) similem esse. Sate in scena Lamias aliquando vel productas, vel saltem commemoratas, ex Horatii arte poetica apparet. Tamen etiam ita exponi posse videtur hic locus (est enim obscurus) ut fabulo-

sum hominem diceret Demochares Demetrium, qui praeter alia inania, etiam Lamiam meretricem secum haberet, non male ex fabulis notarum istarum Lamiarum respondentem titulis. Quæ de Lamia apud Philostratum in Apollonii Tyanei libro quarto leguntur, ut ille Lamia tali monstro seu spectro Menippum philosophum Corinthi eripuerit, (quo loco eadem esse Empusa, Lamia, & Mormolyca ostenduntur, in id intentæ ut re venerea illectos homines deuorent) prolixiora sunt quam ut huc commode inseri possint. Aristophanis interpretis in Vespis & Pace ex Duri & aliis scribit, Lamiam Beli & Africa filiam à Ioue constupratam, filios eius à Iunone interfectos: ipsamque tetra forma obmerorem, aliorum partus rapuisse, interfecisseque: & cætera quæ inde etiam Varinus transtulit. Lyncei de cæna Lamia scriptum citat aliquoties etiam Athenæus.

903. c. *Qui violatos putans ex Demetrii descensione fines, &c.* Corruptum hinc historiam interpretes, & ad Selenam iuisse Plitarchum dixerunt, qui ad fratrem Casandrum accusandi Demetrii causa profectus scribitur, idem Quindæ (de quibus in Eumene facta mentio) in Cynda nimis subtiliter verterunt. quasi vero Cilices barbari, non barbara etiam locorum nomina retinuisent. Quæ paucis post versibus de Cilicia, Tyrio, Sidone, & cætera referuntur, plane diuerso sensu protulit Donatus.

906. a. *Ad Dion* In Græco *ὡς Δίωνος*. Donatus Dium, Amiotus nescio quale Demon. Ego, qui Dium esse Macedoniae urbem infra Pydnam in ora maritima sinus Thermaici, & scirem, & omnibus eruditis cognitum putarem, facile id cum Donato reposui. Verum ille corrector ne nihil diceret, præclare meritum se & de autore & de interprete & de lectoribus putauit, si annotaret *Δίων* urbem esse Eubææ, ex Stephano & Strabone: apposite scilicet: quasi vnicum tantum Dium Stephanus & aliis geographi notassent. Sed erat omnino talis, qui nunquam fuit, ut libenter fumos venderet.

907. a. *Medicus Erasistratus* Simile quoque de se Galenus prædicat. Cr.

1b. b. *Illa Sapphus in eo omnia existerent, &c.* In nobilissima illa oda (nisi vehementer fallor) quam insignis venustas iniuriæ edacitatiq; temporum exemptam, nostro quoq; tempore in lucem retulit, & quam Catullus Sapphico versu elegantissime depinxit. Extat impressa cum Anacreontis reliquis & Dionysio Longino, & Mureti in Catullum commentario.

911. d. *Non illepide Euripidis versus usurpauit* De Bacchis sunt desumpti.

IN ANTONIVM ANNOTATIONES Guil. Xylandri & Herm. Crusarii, interpretum.

915. c. *Pater Creticus dicitur Antonius* In Græco est Criticus, (ut Ateinius reliquit: & Amiotus explicauit iudicium) *κρητικός*: sed mendose pro *κρητικός*. Critici cognomen ego tribui huic posse non puto: Creticum vocari à bello contra Cretenses gesto arbitror, argumento eorum quæ apud Florum lib. 3. cap. 7. in Epitoma Liuiana xviii. & alibi leguntur.

916. c. *Sexagies II-S* *πεντήκοντα ἑξή & ἑξακοσίων τετρακτῶν*, c. c. l. talentorum. Cicero Philippica secunda hanc rem ita describit: Recordare tempus illud quum pater Curtio mortuus iacebat in lecto, filius se ad pedes meos prosternens, lachrymans te mihi commendabat: orabat ut te contra suum patrem, si non sexagies pereret, defenderem, tantum enim pro te intercessisse dicebat, &c. Ciceronis verbis in summa hac exprimens Latina malui uti quam talenta ponere. Idem vero esse c. c. l. talenta & sexagies sestertium, ostendimus in vita Cic.

919. a. *Cilium nauis circumiecit multis paruis acatiis* *πολλὰ ἄσπελα κ. τ. π. ἀπὸ τῆς ναυῆς ἐκείνης*. Interpres *τοσαύτων* fecit, non enim Antonii triremes fuerunt, sed Libonis: Totum stratagema descripsit ipse Cæsar venuste, libro tertio Belli civilis.

Ibidem b. *In abruptos scopulos atque altos sinus maris* *ἀγχιβαθῆς φάραγας* *Πραεψὲς ὁ scopulosum litus*, interpres *φάραγας* inter alia hiatum seu fissuram terræ significat, quæ aquam incidentem absorbeat. Varinus. *ὄρα ἀγχιβαθῆς* (rectius enim legitur hoc modo quam *ἀγχιβαθῆς*) etiam Homerus vsus est *ὄρα ἀγχιβαθῆς* de δα-

λασσῆ, ὅ οὐ πῶς ὄρεϊ πῆδι ὄρεϊ Στήμναι ἀμφοτέρωσι, ὅ οὐ φυζέει κακότητα. Quod exponit Eustathius Litus vbi altum sit mare.

Ibid. d. *Antonium tribunum plebis fecit, misitque eum Romam* Xyl. vertit, *Magistrum equitum Romam misit.* * est autem *ἔμ. &c.* & annotat, De hoc loco quod statuam, non habeo. *Ἀντώνιον δῆμαρχον ἰσχυρότατον εἰς τὸν αἰῶνα ἐπιπέμειν*, Antonium tribunum plebis, &c. Et vero quæ de tribunicia potestate sequuntur, vera per se sunt, & historiae Romanæ non rudibus cognita. Sed adduci ut credam Plutarchum hoc loco ab omnibus aliis autoribus dissensisse, vix poterō. Nihil est enim notius quam Cæsare iterum dictatore, Antonium magistrum equitum (*ἑπταρχον* non *δῆμαρχον*) ei adiunctum fuisse. Id ostendit copiose Dio, & aperte in huius historiae luculenta narratione, lib. 42. contentionem etiam eius cum Dolibella persequens stylo. Idem in Philippica secunda Ciceronis est: Denique cur Antonium eo tempore Romam trib. pleb. mitteret, ne causam quidem fuisse existimo: nihil enim istis artibus & tumultibus tribuniciis Cæsari ad id quod volebat opus erat, sed iis quæ erant in Antonio maxima, insolentia, & quæ constituendæ stabilendæque tyrannidi conducere, iniusta & legibus contraria dominatione. qualem tum fuisse Antonii magistri equitum, ex Dione apparet. Quid ergo (inquit) Plutarchus hæc de trib. plebis potestate hoc loco commemorat, si *ἑπταρχον*, ut tu vis, non *δῆμαρχον*, est legendum? Dicam. Suspicio intercidisse aliquot versus post hæc verba: *εἰς τὸν αἰῶνα ἐπιπέμειν*. Illis autem versibus descriptam fuisse *ἀγχιβαθῆς* ipsam & confusionem quæ tum Romæ fuit, quum Cæsare iterum populi, &